+

Serenissime et Potentissime Rex huius Regni incliti Antistes
Proceres et Equites undequaque eminentissimi Genero
sissimi et Nobilissimi

Quod illis qui a summis Imperatoribus Regibus aut P.P. ob negotia eorum apud alios RR
aut P.P. expedienda mittuntur moris esse solet ut antequam tractationem eorum suscipiant, Man
dati sui tenorem exhibeant id hoc tempore a me quoque alienum esse debere minime arbitror
Hasce itaque literas fiduciarias quas Serenissimus et M. P. ac Dominus Dominus Ioannes Georgius
Saxoniae Iuliae Cliviae et Montium Dux Sac. Rom. Imperii Archimarsalcus et Elector
Landgravius Thuringiae Marchio Misniae Comes de Marca et Ravensburg Dynasta in
Ravenstein Dominus meus clementissimus R. V. Sti et amplissimis huius Regni Proceribus atque
Equitibus offerri iussit in manus V. R. Stis committo in eam spem adductus fore, ut illis
lectis et agnitis pro R. V. Stis ingenii et naturae bonitate R. V. S. et ordo hic emi
nentissimus me placide dicentem audiat et ferat

Hic subsistitur porriguntur literae credent:
donec orator iubetur respondere

Summa huius legationis fastigia dum intendo, ut duo capita in hac corona celeber
rima brevissime proponam, in mandatis habeo Quorum primum est ut R. V. Sti et collegio
huic amplissimo Electoris Domini mei, Nomine ingressu huius novi anni felix faustique auspi
cium plurimaque officiorum et benevolentiae plenissimam salutem deferam Deumque O. M.
omnium Imperiorum et Regnorum pacis bellique tempore praesentem directorem et moderatorem
tester ut omnia consilia et actiones domi forisque, â R. V. Ste et patribus patriae
amantissimis agitatae pro voto huius Regni incliti feliciter cedant et eveniant
Deinde ut alterum quoque caput simili brevitate et felicitate conficiam Nullam aliam
viam eamque meliorem proponendi Serenissimi Electoris desiderium sequendam esse duxi
quam ut vestigiis instructionibus Illustrissimi mihi clementissime delegatae insistam
Posteaquam n. Ill. et Celsiss. P. ac Dominus Dominus Fridericus in Livonia Curlandiae et
Semigalliae Dux Saxoniae Electorem de satis tristi et dolendo suae Celsitudinis Guilhelmi fratris

In hoc regno ob quorundam suorum subditorum controversias sat (?) notas, statu certiorem fa-
ceret Ser.mus Electorem cum per literas tum per Legatos ad eius Excelsitatem missos una cum Guil-
helmo Duce iam in Electorali aula agente ob quam unicam rationem ad ipsius Cels.
sese conferente, amicissime et indesinenter rogasset ut cum consilia huius Regni
a R. V. S.te publice indulta sint, sua intercessione R. V. S.tis et huius Regni Pro-
cerum eminentissimorum animos ita conciliaret ut duci Vilhelmo eiusque unico Curlandiae
stirpis surculo filiolo, Gothardi Ducis Nepoti ad pristinas dignitates et Ducatus
via pateret, sub initio quidem non parum addubitavit Elector Serenissimus num huic pe-
titioni locus relinquendus esset dum non solum sibi huius Regni felicissimum Regimen
et iustitiae administratio saluberrima sed et toti Rom. Imperio omnibus esset notissima
Quia tamen hisce in mundi fatalibus periodis turbidisque vicissitudinibus exortis dissidiis
ita comparatum esse adverteret ut scilicet in necessitatibus positum amicum deserat
sed potius quam fortuna et infortunium ipsis commune esse solet, qua possit ope consilio et auxilio ipsi
praesto sit sibique in memoriam revocaret arctissimum necessitudinis vinculum, quo Curlandiae
Duces ipsius excelss. attingeret ut et tum R. S.tis summam amicitiam quam hactenus cum
S. R. Imperij Electoribus et P.P. in hoc usque tempus sancte et amicissime coluerunt et
summam denique erga subditos praesertim vero erga regni huius Feudatarios cultam et usur-
patam clementiam officium hoc amicum denegare neque voluit neque debuit Et sane siquis
Regni huius florentissimi amplitudinem paulo altius rimetur qua ratione ex ea ad tantum
eminentiae fastigium pervenerit et obque rationem tot Regiones tot Provinciae et districtus
illi aucti sint Tum certe necessum est fateri oportere, id non ulla severitate in subditos
non ulla aliqua inimica prosecutione aut duriore in illos animadversione provenisse sed
potius admissi siquid demandi a subditis ortum fuit celeri et perpetua oblivione et
obliteratione Optime enim hoc Regnum vera adeo R. S.tas et amplissimi Patres ex longa
et diuturniore observantia didicerunt errantes et vacillantes subditos et vassalos ad
officium, et in viam non aliter quam clementia, mansuetudine et beneficentia reducendos esse
quos etiam ita benignissime tractarunt ut in viam redactos in pace et concordia omnium
rerum dulcissimis nutrimentis contra omnium hostium tam exteriorum quam interiorum insultus et molimine
Regni conservarunt et tutati sunt Maluit enim hoc Regnum Medicinis et verbis

Senecā ôter, imitari naturā Dum sicuti Medicinæ apud ægros usus etiam apud sanos hon
ror ē, ita clementiā quamvis pœnâ digni innocent etiā innocenter colant Et ob id
recte Alexander magnus Rex ob nimium licet ab adversarijs erga hostes clementia vsurpa
tam reprehensus exclamavit Nil adeo decere et ornare Principem, quam si clementia
utatur erga eos quos noverit hostes sibi fuisse atrocissimos Quemadmodū et Alphonsi Regis
apophtegma ē historijs notum est. q sæpiq in ore habuit Mallē se multos clemen
tia sua et mansuetudine servare, quam paucos sua severitate perdere, O clemen
tiam orbis Regibus et PP. notandum et imitandū Equidem si huius Clementiæ et
mansuetudinis insignia exempla amplicatis quib depromere velit, Non huc addu
cendam esse puto Alexandri erga Porum Indorū Regem victi clementiā eamqz nō
Augusti Cæsaris erga Timogenem extreme ab ipso petitum, exercitū neqz alia quam
plurima hisce similia Sed ea huius Regni domestica V. R. Sti et Patribus Amplissi.
in mediū pono litteris et monumentis historiarū clarissima, MM ut saltim duorū
qui patrum memoria contigerunt mentionem faciam Non ne bene Prutenica Regia
nunc vocata qui sub Cruciger orū misso huic Regno dominatu impijssimo versabatur
eorūqz servitio et sceleribus opprimebatur nec nō bene Livonia tortes etiā a Mosco
amicè compellata adeoqz Pater Curlandiciorū fratrum et Ducū colla sua sub:
dere maluerit huic Regno quam vel Crucigeris vel exterio Tyranno Moscovitico Obe
dientiam præstare, Certe ob mansuetudinem et clementiā hanc quam Regnū hisce
subditis regie præstitit, testes ij sunt oculatissimi et nō nisi a Rescriptis mandatis et
diplomatibus V. R. Stis et amplissimi Regni dependeant illaqz etenim ut semper
sarta tecta sint amice exoptant et unice a Deo O. M. Rerum P. conservatore serio
expetunt Hæc igitur et alia exempla etiā apud alios populos satis prædicata fructū
hunc clementiæ et mansuetudinis Regno et eius amplitudini dulcissimū monstrant tamqz
diu demonstratura sūt donec Vistula flumen Regiā hanc præterlabetur et posteritatis
adhuc aliqua futura ē Quæ omnia cum sese ita habeant seniqz seren. Elector Saxo.
Dnus meus Clementiss. maturè perpendisset nullo modo dubitat quin imo in certissimam fidu
ciam erigitur R. V. S. Eminentissimos Pres Equitesqz splendidissimos eadem
qua hactenus consuevit hoc Regnū clementiæ moderatione erga Illm Ducem Guilhel
mum et Celssi: sua unicū filiolum Gotthardi Ducis nepotem usuros atqz id quod
forte Dux Guilhelmus in Coronā hanc aut Regiā in subditos impetu quodā necessitatis

insperate commisisse dicet vraq; clementia et benevolentia plane regia
in perpetuã oblivionem et ex memoria obliteratioñe addulturos itaq; captis con
ditionib; impetraturos ut remissa quidem offensione restitutione dignitatum
honor. et Ducalium honor. iux primaevum instituti decreta idem de V.R.S.
et amplissimo hoc consensu ipse et filioli et posteritati praedicare possint quod
Cicero Atticus licet graviter tu et recte admonuit nihil laudabilius nihil
magno rege in eo quod facti infecti reddi nequit dignius quam placabilitate
et benevolentia id sopere obhanc quoq; spem et fiduciam serenus Elector
Sax. V.R.S. et Patres atq; ordines amicissime invitat et testatur ut in restitu
endis Guilhelmo Duci honorib. et dignitatib; amicissimae huic intercessioni
amoris et benevolentiae erga hoc Regnũ florentissi. refertiss. regie et amicissi
me locus fiat et relinquatur Quod si hoc Serenissi. Elector Dñs meus a R.V.S. ab
hoc amplissimo et eminentissimo Regno per hanc suã intercessionem amicissimã
obtinuerit Cessabunt post hoc, modo procul dubio oẽs q inde expectandae sunt
molestiae ex parvis scintillis plerumq; Regnib. et Rebus P. maxime fatales
et exitiosae Hoc mõ satisfiet institutis primaevis Dnor. Praedecessor.
Regum qui omnino requirunt qui ut in ducali Feudo ex singulari
providentia et benemeritis Ducib. Patris et avi q̃sito et ois commissi expec
te filij dux Guilhel. et nepos regie defendantur et relinquuntur Hoc modo
elalesset magnũ inter Vasallos et Dnũm vinculũ q nullum sanctius magisq; fir
mum et stabile esse pt Hoc mõ amicitia illa magna quae inter Regnũ hoc
inclitum et P.P. imperij longe et innumerabili annor. serie intercessit quorũq;
latis alias propter sanguinis necessitudinem cũ P.P. Curlandiciis peteret ad
eam conservandam adeo firmior aedificaret et perpetuaret Et deniq;
hoc modo magnum hoc a Ste. R. praestitum beneficium ut suũ propriũ existi
mabit Elector Saxon. Dñus deq; Rege potentissimo Re P. hac amplissia
quacunq; data occasione demerri officiosissime et amicissime studebit